

- 3 Fundetur sanguis Albi Nigrique animantis.  
imperium mundi Poena reget urbe profectus.

- 
- 4 Cui dederint superi nomen habere Pii.

- 
- 5 'Bis denis Italum conscendit navibus aequor':  
si tamen una ratis transiliet pelagus.

- 
- 6 Terror Egyptiaci Niger astat militis ingens,  
Thebaidos socius, aurea saecla volens.  
Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma;  
hic Antoninis carus <et> imperio.  
Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipsi,  
ut consentiret forma, metalle, tibi.

---

In Macrinum

- 7 Histrio iam senior turpis gravis asper iniquus  
inpius et felix sic simul esse cupit,  
ut nolit pius esse, velit tamen esse beatus,  
quod natura negat nec recipit ratio.  
Nam pius et felix poterat dicique viderique;  
imperium infelix est, erit ille sibi.